



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

12. Voluntatum vltimarum priuilegium & dignitas tanta, vt cuiq[ue] libera sit accusatio, si viderit quid agi præter testatoris decretum & mentem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

te nolente, ne voluntatem testatoris impediri, vel nimium differri contingat, poterit alius (nisi testator aliud expresse) officium executionis iniuncta, liberè adimplere. Cur hic non constituit Romanus Pontifex, alios esse substituendos, vel adiungendos auctoritate episcopi: Credidit certè iniustum esse, ut vlla potestas ingerat sese testationibus vltimis, vbi est executor. Multò itaq; iniustius esset, si adiungerentur alij executores: cum testator scripsisset aliquos coniunctim, & diuisim. Videtur enim singulorum industriam elegisse, quoad vnus viueret. l. actione. §. morte. ff. pro soci. l. mandatum. in fi. ff. mand. c. vlt. de offi. dele.

**11.** Insinuatio quoq; non aliò pertinet, quam ut quæ semel peruenerunt ad notitiam publicam nõ possint deinde vllò modo interuerti. l. repetita. C. de epi. & cle. & l. consulta. C. de testa. Quod ius sumptum est ex tit. ff. quemad testa. aperian. l. consulta C. de testa. Non possunt enim faciliter interuerti ea, quæ apud magistratum publicata sunt, & ab omnibus cognoscuntur.

**12.** Deniq; ut extrema tuendarum voluntatum  
præsidia

praesidia proponerentur, permiffa est omnibus  
 hominibus accusatio, si quid videant aduersus  
 testamenti ordinationem, praesertim in pijs cau-  
 sis. l. nulli. in fi. C. de epis. & cler. Et ne pium  
 (ait) defunctorum propositum improba frau-  
 datorum calliditate celaretur, quicquid pro  
 huiusmodi causa a testatore relictam fuerit,  
 vniuersi, qui id quocumq; modo cognouerint, vel  
 in viri clarissimi rectoris prouincia, vel in  
 vrbis episcopi notitiam deferendi, liberam  
 habeant facultatem. Nec delatoris nomen su-  
 spitionemq; formident: cum fides atq; industria  
 eorum, tam laude quam honestate non careat,  
 ac pariter pietate: cum veritatem in publicas  
 aures lucemq; deduxerint.

Sed ponamus † neminem vnquam tales leges 13  
 scripsisse, de conseruanda vltima voluntate:  
 certe natura & Deus insculpsit eas cordibus  
 hominum. Quare & Apostolus argumentatur  
 ab humano testamēto, quod ratū esse oportet:  
 ad testamētū Christi seruatoris nostri. Quae igi-  
 tur maior possit esse crudelitas, quam extre-  
 mam voluntatem interuvertere,

Sed † quid, si index ecclesiasticus constituat 14  
 M 3 executores